



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.15. Me oportet operari: Cuique conuenit sua opera facere, & ei qui communicat expendere illud Domini: Quamdiu sum in mundo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

§. 15 Me oportet operari: Cuique conuenit sua opera facere, & ei qui communicat expenlere illud Domini: Quamdiu sum in mundo.

IN huius cœci tenebris, patiter & nostras lux illa cœlestis illuminat. Primo in eo, quod ait: *Me oportet operari opera tua &c.* Quænam sunt illa opera, quæ dicit Redemptor nobis Christi sibi incumbere faciendâ? Noueris, respondet D. Cyrill. hæc opera esse, saluare mundum lapsum erigere, roborare debilem, doctrinæ lucem hominibus infundere, ea omnia agere, quæ hominibus in veritate fidei instruendis apta conueniunt. Hoc igitur, Domine, non tam erat necessarium, vel cōueniens Christo, quàm hominibus: quandoquidem omnia in hominibus cederent salutē: Domine hoc cœcine te facere oportet? Si quid intelligo, aptius dixisses, hoc expedite cœco ipse esset, in cuius opus hoc deberet redundare, commodum. Bene dixit: supponit opus hoc vnum esse ex illis, quæ sibi Pater commendauerat huic cœco lucem impertiri: quo nos docet, illosque, quibus officia iniunguntur, quæ Deus illis commendauit, vt certo sibi persuadeant, quod illis incumbat agere iuxta officiorū qualitatem: Regi regna sua gubernare: iudici litigantes expedire, & iustitiam exercere: Rectori bono Reipublicæ consulere: diuiti, cui Deus seruandas concessit diuitias, vt apud eum indigus congruum reperiat suæ necessitati remediū. Illos oportet operari. Hoc concessio, Domine, videtur, regno expedire, vt vigilet Rex, & partibus litigantibus, vt illas Index citulis expediat, & pauperi, vt illi dānes porrigat elemosynam. Sic est vt ais: Cæterum attendant ipsi, sibi pariter conuenire illi muneri satisfacere, quod illis Deus faciendum imposuit. Sic esse cognoscēbat, & fatebatur Vas electionis; *Necessitas enim mihi incumbit, ut mihi si non euangelizauerit: Ego dicerem: Væ mundo, si illi non prædicaueris.* Sic se res habet verum & væ mihi, si non id, quod mihi Deus iniunxit, se dulo per fecerim: *Me oportet operari opera eius, qui mihi mesam ex eo quod mihi hoc imperauit, me tanta sequitur necessitas obligationis: vt si huic negligens defuero, væ mihi.* Hi: fuit ille agēdi modus. Abrahæ Patriarchæ, quando pauperes peregrinos, domo descendens inquirebat, rogabatque, vt hauc illi gratiam facerent, vt in domum eius dicerentur hospitiumque non dedignarentur: *Si in-*

uent gratiam in oculis tuis, ne transeat seruum tuum. Ego mihi persuaseram, hanc gratiam fieri pauperibus. Concedo: verum ego hanc potius recepi: Deus etenim mihi mendicos egenosque commendauit.

Secundō dicitur præuenit, illud insinuans, quod postmodum exposuit Apostolus: *Cum tempus habemus, operemur bonum &c.* Hoc est: Oportet operari: dum dies est, venit nox, quando nemo poterit operari. Quamdiu huius vitæ dies luceat, operare & labora. Iosue ex diuino mandato præcepit duodecim viros singulis de tribubus singulis, vt tollerent sibi lapides prægrandes, illisque sic onusti toto illo die peristerent, vsque dum ad vesperam & noctis tenebras, requiescerent, ubi signata erant illa nocte tenoria: *Elige Iosue 4.5* (iubet Dominus) *duodecim viros singulis per singulas tribus, & præcipe eis, vt tollant de medio Iordanis alveo &c. duodecim diuersos lapides, quos ponentis in loco castrorū, ubi fixeritis hac nocte tenoria.* Perpendit D. Cyrill. illud Spiritus S. *Li. 7. de Ane obitum tuum operare iustitiam: quoniam non adorat, est apud inferos inuenire cibum;* & ex mente eius *Ecl. 14.* illud spectat Domini mandatum quo populo suo per Moysen præceperat, vt singulis diebus quisque manna colligeret, quantum pro illo die sufficeret: pridie autem Sabbati duplicem colligeret portionem: *Colligerunt duplices cibos: cuius cum rationem à Moysse quaerent, respondit: Requies Sabbati sanctificata est Dominus cras: Frob. 16.* quodcumque sperandum est facite, & qua coquenda sunt, coquite. Sabbatum tempus est quietis, illo die non expedit operari: colligite, & ea facite, quæ in illum diem sunt necessaria: quod si in illum diem faciendâ distuleritis: tunc facere non licebit, nec quod comedatis inuenietis. Tempus vitæ, tempus est colligendi Manna, quo æternum vitæ: tempus autem mortis, tempus non est operandi, nec faciendi, sed patiendi: non est homo ea hora ad faciendam præuentiam apte dispositus: illam habero iam peractam. O stolidum caput, diuitem Epulonem, (exclamat D. August.) quo tempore dies est, non operatur, nec elemosynam largitur famescenti Lazaro, quo cibum sibi in diem Sabbati æternitatis præpararet, postmodum aquam sibi porrigi efflagrat, non illam obtinebit: *Quia non est apud inferos inuenire cibum.*

Satis huic proposito conforme declarat D. L. 2. sent. Isidor. illa prophete verba: *Dare Domino Deo vt. cap. 3. de stro gloriam, antequam contemdescat.* Dare Deo panis. gloriam, est confiteri peccata tua: vt dicit Iosue *It. 3. 16* ad Acham: *Da gloriam Domino Deo Israel, & con-* Iosue 7. *fiere, 19.*

1. I. Qua opera de- bet Christi- tus ope- rari. Li. 6. Ioan. 6. 14.

1. Cor. 9. 16.

Gen. 12. 3.

Gal. 6. 10. II. Operan- dum dum dies est. vitæ.

Iosue 4. 5

Li. 7. de

Ecl. 14.

Frob. 16.

23.

Tract. 44.

in Ioan.

stera, atque indicia tibi quid feceris, Ne in noctem distuleris, nec agere differas vsque in tempus horamque: patenti tunc etenim: *Nemo poterit operari.* Quid acturus es, dum tibi febris perturbabit caput, & dolor vehemens corpus acerbè torquebit, & infirmitas te ad ieiunia, orationes, opera penitentia reddet inhabilem: quando ad emittendam confessionem bonam scilicet, cum clara tuorum seclerum cognitione, eorumque satisfactione iacebis inidoneus? *Auta mortem consistere,* consulta tibi Spiritus S. de quibus alias.

Ecclesi. 17.
27.

III. Tertiò hanc perpende sententiam: *Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi,* ex qua certitudinem illam colligo, qua gaudet Ecclesia. S. in qua continuo residet Christus: *Ecece vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi.* Vnde velut sol diuinus eam perpetuo fouet, illuminat, conseruat, roborat, & custodit: quocirca nihil timendum, quod cœcitat, vel erret, vel labatur, vel decipiatur, vel eam omnes inferni tenebræ obnubilent, nec sibi persuadeant heretici, quòd eius poterint aliquando obscurare fidem, nec tyranni eius labefactate constantiam: eterim in ea semper residet, & præsidet Christus, qui ait: *Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi.*

VI. Quid agendum sit post communionem. CAIETA. 3. P. 279. art. 11.

Similiter ex vi horum verborum sapienter & vtiliter colligit Cardinalis Caieta. quid tibi post susceptam communionem sit agendum: ne scilicet ilico ab actibus desistas deuotionis, nec credideris, quòd in deglutendo species Sacramentalis effectus huius sanctissimi Sacramenti finitur: sed vt pius persistas, tibi que tantam præsidio sumas misericordiam: etenim quo tempore perseverant species, singulares in te effectus operatur ille qui dixit: *Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi.* Hæc eius sunt verba: *Intelligo in tota hac materia per tempus suspensionis Eucharistia, non illam solum morulam, qua deglutitur, sed cum consequente temporis spatio, quo Christi corpus sacramentaliter in sumente perseverat, est enim vnde presens corporaliter in nobis, ac per hoc pasceat, & illuminans spiritualiter animam, vt sic etiam illud implatur: quamdiu sum in mundo, lux sum mundi.* Ex quibus perspicuum tibi erit, quamquam sibi iniuriam faciant, qui sumptâ Eucharistiâ statim ad negotia secularia diuertuntur: nec vel paruum impediunt morulam huic in anima cœlesti Manna ciboque digerendo. Verùm quid de illis dicendum, qui peracta missa, vel hausto Sacramento continuo fabulis nugisque seculi distrahantur? Satis liquido patet

ex ipso vestis filo, quam paruum ex hoc solo diuinitissimo, quem pectore gerunt, fructum, salutemque referant.

§. 16. Deum se ostendit, quia per contrariã modis operatur, tanquam Dominus natura, sicut in Mara & in serpente.

Hæc dicens expuit in terram, & fecit lutum 40. **H**ic nobis sistendum foret cum D. Lib. 3. 46. Ambrosio. considerando, quòd Christus Sacramentum statuat illuminationis huius cœci lutum mentis, cuius oculis imponens, vt tibi ostendat, ad illuminationem colorum animæ tuæ remedium efficacissimum hoc esse, si coram illis ponatur, quòd lutum sit, puluis & cinis. Verùm hoc omisso dico, quòd iam representet D. Ioannes, qua ratione Christus opera Patris sui operetur, scilicet illuminet, & nobis diuinam demonstrat lucem, quæ luceat in tenebris: *Lux in tenebris lucet.* Expuit in terram, & fecit lutum ex spuito, & liniuit oculos cœci. Bone Deus, numquid hoc illuminandis oculis aptum remedium, illis luti glebam iniicere: illa si prius lucidi fuissent, illos excæcaret: nulli namque sunt oculi adeo lyncæi, licet aquilæ, quin si luti illis massam superinieceris, statim illis visus, eripitur. Hoc igitur quòd in tuis manibus visum admittit, ipsum est quòd postquam in manibus Saluatoris visum conseruit, vt hinc agnoscat, quòd Deus superior est, & totius naturæ Dominus, qui per quodlibet operatur, & per tale medium, & cum ea creatura, quæ animo suo fedit.

I. Deus Dominus est natura.

Omnino mirabilis est ille D. Basilij. discursus, D. Basil. Scholia in dicentis, quòd hoc vno inter alia, quibus Deus ostendit se voluit, auctorem & Dominum totius nature, idem confirmet, in eo quòd quodlibet efficiat, per creaturam & medium sibi placitum: quòd per ignem frige faciat, per gelu calefaciat, vt patet in *Egypto*, & rebus amarissimis adferat dulcedinem, sicut in aquis *Mara*: quamuis enim Deus creaturas condens, cuiusque naturam particularè & limitatam iudicet, secundum quam ea operaretur quæ esset limitata, & conformia suæ naturæ, eiusque qualitatibus, ac prouide distinctæ essent proprietates & effectus, prout & sunt nature: nihilominus potestas illius, atque absolute dominium omnibus his supereminet, vt de quolibet, & per quodlibet, quæcumque & quomodocumque vellet operaretur? Vnde sic explicat S. Doctor verba illa Davidis: *Qui dat mitem sicut lauam Respectu Dei, Ps. 147. 7. 5*

